



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sermones mediocres sancti Bonaventure de tempore

Bonaventura <Sanctus>

Argentine, 14. III. 1496

D[omi]nica vicesima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31133**



ditur fur quā deprehenditur sic confusi sunt domus israel. Nam iuxta verbum iurs. Evidentia patrati sceleris non indiget clamore accusationis. Crisostomus. In tempore illo non erit impudencie interrogandi facultas. cum omēs angeli et mundus ipse testis sit peccatorū. quod dici sine gemitu nō potest. in illa districtione vltime inreparationis omne argumentū cessat excusationis. quispe quod ille foris increpat. qui testis cōsciētie intus animū accusat. Item alio modo proprie vestimentū est fides vera. Unde apłus ait. Expoliantes vos veterē hominem cū ac. sindu. no. zc. q̄. si. d. Ut quid christian⁹ es vocatus cum opera tua nō sint christi. Interrogatio em̄ erit in cogitationib⁹ impj. Sap. i. Hunc talē cum viderit de⁹ in ecclesia non habentes quod quod respondeat p̄scientie sue. tradet eū spir̄itibus vindicationū. Nam mala p̄ ministros malos reddit. bona p̄ bonos. et sic mittit in exteriores tenebras gentiliū vel hereticorū vel iudeorū. Vel exteriores tenebre sūt

novissime. i. eterna nox damnationis. quod interiores tenebre sunt cecitas cordis. ligatis manib⁹ et pedib⁹ zc. Glo. Membra que nunc sponte ligantur in vicio delectado. tunc in supplicio ligabūtur dolendo. Per membra corporis intelligitur veritas resurrectionis. p̄ fletum et stridorem dentium magnitudo penarū. a quibus nos defendat. qui bene. zc.

Dñica vicesima.

## Reverte

i vos armaturā dei ut possitis zc. Ephes. vi.

Notandū quod quadruplex est armatura. corporalis. s. et spiritalis. scripturalis et iudicialis. Unde versus. Est armatura manualis. spiritalis. Est scripturalis. et iudicialis generalis. Prima igit armatura est corporalis sive materialis. et per hanc hostibus armata manu resistimus et iniurias nostras propulsumus. quia unicuique vim vi repellere licet. cum modamine inculpate tutelē. sicut



dicit decretum. Siquis dem in bellis iustis et legitimis arma licet quādoq; sumere et inimicos debellare. et ad h̄ arma sunt inuenta. et quasi ab arcendo dicta. Arcentur enim hostes p̄ ea. et sicut sunt multe insidie et calliditates hostium. ita multa ac diuersa sunt genera armorum. s̄m̄ q̄ pugnamus cominus vel eminus contra aduersarios. Nam cominus sunt gladij. lancee. conti. fustes. et cetera huiusmodi. Eminus vero machine. arietes. arcus baliste. sicut fieri solet in obsidionibus. Unde Ezech. xxvj. Clipeum leuabit contra te. et vineas et arietes temperabit in muros tuos. et turres tuas destruet in armatura sua. Hec armatura cū ad licitos vsus conuertitur. et p̄ fide aut patria defensāda assumitur. armatura dei congruenter efficitur et licite exercetur. sicut patet in p̄dicatione crucis ultra mare. Secunda armatura est spiritalis. quia per hanc armamur in spiritu virtutibus et gratiis et diuinis auxilijs cōtra vicia et peccata. et contra hostes inuisibiles demones. et eorum temptationes. et hoc est quod hic dicitur. Induite vos armatura dei. Glosa id est. virtutes vt possis stare firmi aduersus insidias diaboli. quia ex occulto molitur mala. et necesse est vt stemus. quia non est nobis colluctatio quasi vicinum bellū et de prope quasi aduersus carnem et sanguinem tm̄. id est. non contra homines qui visibiles et fragiles sunt. vel contra vicia tm̄ que sunt ex carne et sanguine. sed aduersus principes. id est. demones qui principantur alijs et presunt. Unde dicit Haymo super eundem locum. Certus est q̄ exercitia irrogant famulis dei a diabolo. siue per se siue p̄ ministros suos. et altitudo grandis est. Et vocat ap̄ls demones rectores mundi. quia ip̄i regunt dilectores mundi. non q̄ regant mundum istum qui constat ex celo et terra. sed mundū peccatores dicit. De quo i alio loco. et mundus eū non cognouit. Quia autem hec armatura spiritalit̄ sit accipiēda ostēdit ap̄lus cum subdit. State ergo succincti lūbos mentis vestre. id est. carnales cō



cupiscentias restringentes.  
 z hoc in veritate. non in hy-  
 pocrisi. z induite lorica iusti-  
 cie. id est. iusticia sit vobz lori-  
 ca. calciati pedes in pparati-  
 one euangelij. id est. vt sitis  
 parati ad complendū prece-  
 pta euangelij. sumentes scu-  
 tum fidei. galeam salutis. et  
 gladiū spiritū. i. quez dat spi-  
 ritus sanctus. Tercia est scri-  
 pturalis. z habet p sacra scri-  
 pturas. que nos armat nūc  
 contra demones. nunc con-  
 tra hereticos z quoslibet su-  
 perbos philosophos et in-  
 flatos. sicut dicit apostolus. ij.  
 Corinth. x. Arma militie no-  
 stre non sunt carnalia. sz po-  
 tentia deo ad destructionez  
 inimicorū. consilia destruen-  
 tes. z omnē altitudinē extol-  
 lentem se aduersus scientiā  
 dei z in captiuitatem redigē-  
 tem omnē intellectum in ob-  
 sequium christi. Glosa. Om-  
 nem altitudinē. id est. pfun-  
 ditatem intellectus tam le-  
 gisperitorū q̄ philosophoz  
 vt sim<sup>9</sup> destruentes p̄silia tā  
 demonū q̄ hominū extollē-  
 tum se aduersus scientiam  
 dei. i. hereticos. p̄tra quorū  
 altitudinem dicit Roma. xi.  
 Noli altuz sapere. sed time. zc.

Ambro. In captiuitatē om-  
 nē intellectū redigim<sup>9</sup> et ca-  
 ptiuos ducim<sup>9</sup> omnes superbe  
 intelligentes. dū xpo cōtra-  
 dicentes vincim<sup>9</sup> ducentes  
 eos vsqz ad obsequiū christi  
 id est. vt fidei christiane cui  
 ante repugnauerūt humiliter  
 obediant. Deniqz sacra scri-  
 ptura est turris dauid. De q̄  
 Lati. v. Nulle clipei depen-  
 dent ex ea omnis armatura  
 fortis. habet enim tela z ia-  
 cula contra omne genus ho-  
 minū z hostiū. z maxime cō-  
 tra diabolū. cui<sup>9</sup> triplici tem-  
 ptationi dñs sp̄s obuiant.  
 Math. iij. Quarta est iu-  
 dicial. q̄ tūc valde terribilis  
 erit cū dñs ad indicandū ve-  
 nerit. qñ seipm z oēm creatu-  
 rā cōtra reprobos armabit.  
 Sap. v. Accipiet armaturā  
 zel<sup>9</sup> illi<sup>9</sup>. i. furor z indignatio  
 illi<sup>9</sup>. Induet p̄ thorace ius. z  
 ac. p̄ ga. iu. cer. sumet scu. in-  
 expu. equi. zc. z sequit̄ imedi-  
 ate de armatura creaturū et  
 elemētariū p̄rietatū. Arma-  
 bit creaturā ad vltionez ini-  
 z pugnabit p̄ eo orb̄ terrarū p̄  
 insensatos zc. Glo. Creator  
 oīm cui<sup>9</sup> arma sūt p̄itas z iu-  
 sticia z iudiciū. p̄ creatas sibi  
 s̄biectā corripit deliquentes. vñ



subditur. **I**būt directe emis-  
siones fulguruz. Directe. id  
est. pro voto dirigentis dei.  
scz z tanq̄ habene laxate. scz  
ad impetuose currendū cur-  
uato arcu nubium. que. s. nu-  
bes facient sibi arcuz trium-  
pbalem quasi testudinez ad  
sedendū in eis. quia veniet ī  
nubibus celi cum potestate  
magna et maiestate. Exter-  
minabuntur z ad certum lo-  
cum insiliēt. id est. ī eas par-  
tes vbi peccantes extermi-  
nari z puniri meruerunt. si-  
cut diues in lingua. iudas ī  
effusione viscerum. a petrosa  
ira. que tunc seuiet in petro-  
sa corda que scindi ad peni-  
tentiam noluerūt zc. vsq; ibi  
Tanq̄ turbo venti diuidet  
eos z ad beremuz perducet  
omnem terrā iniquitatis il-  
lorum. i. ad infernum. a quo  
liberet nos deus.

De euangelio.

**Eri hora**

**b** septima reliq̄t euz  
febris. **Johis. iij**

**Versus.** Sunt species fe-  
bris multe. sz quattuor isto  
pono loco. Per quas bis cri-

mina bina notato **I**git pri-  
ma species est effimera. gre-  
ce sic dicta ab effimeron. qd̄  
sonat feruor vel calor vnus  
diei vlt ab effimera belua ma-  
rina. que eadez die nascitur  
z moritur. quia paruo tem-  
pore durat huiusmōi febris  
quia vel per seipam deficit.  
vel in aliam speciem cōmu-  
tatur. **N**ec est supbia que a  
marina belua. hoc est. a dia-  
bolo nomen z iniriū habet.  
quia ipse est rex sup omes fi-  
lios supbie. sicut dicit **Job**  
**xij. z Thob. iij.** **S**uperbiaz  
nunq̄ in tuo sensu aut ī tuo  
verbo dominari permittas  
**A**b ipa enim sumpsit iniriū  
om̄is pdictio. **N**ec est belua  
marina. que exiuit vt deuor-  
raret thobiam. **Q**uod expo-  
nit **Beda** de diabolo. q̄ duz  
christus in cruce lauaret pe-  
des suos qui ambulauerāt  
super terraz. venit diabolus  
querens si quid peccati iue-  
niret in eo. zc. **Q** febris illa  
paruo tempe durat signat.  
q̄ superbi cito corruunt. nec  
contra deum aliq̄ diu stare  
possunt. **Lūc. r.** **V**idi satha-  
nā q̄i fulgur de celo ca. zc. **N**ī-  
hil fulgure velocius et nihil  
casu supborū certi. qd̄ appa-



ret in angelo de celo eiecto. et de homine a paradysi delictis sub tanta celeritate expulso. Secunda species dicitur ethica. ab ethis quod est habitudo. quasi febris conuersa in habitum. et fit quando calor innaturalis permanens sumit substantialem humiditatem ut vix aliud appareat in eis qui hac febre laborant quam ossa et cutis. Hec est inuidia que consumit humores gratie. et pinguedinem charitatis fraterne. Inuidi enim aridi sunt et sicci et humore omnis beniuolentie vacui. Propter quod cirpo comparantur et carecto. Job. viij. Numquid virescere poterit cirpus absque humore. aut crescere carectum sine aqua etc. vsque ibi. Ante omnes herbas arefcit. quasi di. Omnes alij inuidi nequiores sunt. et seipos consumunt. Ecc. xiiij. Qui sibi inuidet nihil est illo nequius. et hec est retributio malicie illius. Ac si dicat. Nequicia iudici tale meretur retributionem. ut seipm deuoret et consumat. Poeta. Inuidus in inuidia consumit intus et extra. Socrates. Vellem inquit inuidos oculos in omnibus ciuitatibus habere. ut de omni-

um felicitatibus torquerent. quia quotquot sunt felicitum hominum gaudio. tot sunt inuidorum hominum gemitus et tormenta. Juxta illud. Inuidia seculi. non inuenere tyranni. Datus tormentum etc. Tercia species dicitur febris putrida. quia ex putridis humoribus generatur ad quam maxime disposita est complexio iuuenum. calida et humida. quando excessus est in humiditate et calore. Hec est luxuria que magis infestat iuuenes quam senes. Que rite dicitur putrida. quia omnia corrumpit. Ps. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt etc. Propter quod luxuriosi comparantur iumentis putridis et stercoreosis. Job. iij. Computruerunt iumenta in sterco suo etc. Grego. Iumenta in stercore suo coputrescere est homines carnales in fetore luxurie vitam finire. Luxuriosi sunt porci diaboli morbidi et contagiosi. Poeta. Sicut grex totus in aruis. vni scabie cadit et prurigine porci. Sicut enim scrophe mutua prurigine scabide efficiuntur et tumide. sic luxuriosi frequenter comaculatione.



ij. Petri. ij. Voluptatem exi-  
stimantes dici delicias coin-  
quinationis et macule. deli-  
cibus affluentes. et in conuiuijs  
suis luxuriantes vobiscum  
et. Et quanta confusio eos  
sequatur adiungit dicens.  
Contingit autem eis illud ve-  
ri prouerbij. Canis reuersus  
ad vomitum et sus lota in vo-  
lutabro luti. Fedum enim  
et putridum est. semp esse dedi-  
tum vicio carnis et volutari  
luxurie volutabris. Dum qui-  
dam stoicus diceret audien-  
te pitagora. Velle se cum mu-  
lieribus esse quod cum philoso-  
phis conuersari. Et sus liben-  
sius inquit in ceno quod in aqua  
conuersatur pura. Quar-  
ta species febris dicitur acuta  
quasi multum vrens et violen-  
ta. quod si morosa fuerit nec su-  
dor vel vomitus vel narium  
sanguinatio ei superuenerit  
mortem inducit. Hec est qua-  
ritia que valde acuta est et su-  
pra modum subtilis in rebus  
temporalibus acquirendis.  
Quis enim enumerare va-  
leat fraudes et versucias et  
circuentiones feneratorum  
et negotiatorum seculi huius.  
Ps. Mendaces filij homi-  
num in stateris. et. Amos. viij

Quando transibit messis ve-  
nundabimus merces et sab-  
batum. et aperiemus frumē-  
tum. vt imminuamus men-  
suram. et augeamus solum et  
supponamus stateras dolo-  
sas et. Possunus igitur  
dicere quod febris effimera est  
superbia. De qua Act. xxvij  
Contigit autem patrem pub-  
lij febris et dissenteria ve-  
ratum iacere. Febris ethi-  
ca est inuidia. Deute xxvij.  
Percutiat te dominus ege-  
state febre frigore et ardore.  
et. Febris putrida est luxu-  
ria. et maxime prelatorum et  
personarum ecclesiasticarum.  
De qua Luce. iij. Socrus  
autem Petri tenebatur ma-  
gnis febribus. et. Febris acu-  
ta est auaricia. De qua h dicitur.  
hora septima reliquit  
eum febris. Glosa. in figura  
sancti spiritus septiformis in  
quo omnis salus consistit. re-  
liquit eum febris hora septi-  
ma. Quod nobis prestare di-  
gnetur pater et filius et spiri-  
tus sanctus. Amen.

Dñica vicesimaprima.

**Insidim<sup>9</sup>**

c in domo iesu. quia